

2375
/ Perillustris, et R/me Domine. Venit ad me f. Reydeler tertiarus ordinis S/ti Francisci, sed non venit, ut in sacro ordine illo proficeret, sed ab eo deficeret, id quod mihi maxime displicuit. De-
buisset enim antea cogitare, an posset tollere crucem illam, et sequi Dominum. Itaque nihil cum eo agere potui, nisi commendare illum fratribus nostris collegii poenitentiariorum, et per eos R/mo Domino Vicesgerenti Ill/mi et R/mi majoris poenitentiarii. Quid futurum sit nescio, nam (ut audio) ipse cupit abire ab illo ordine ad seculum, et ejus praelatus recusat illum dimittere. Oret pro me R/ma D.V. et
10 in servitium Dei, et curae animarum prospere agat. Romae, die 12. Martii 1621.

Perillustris, et R/mae D.V.

addictissimus, et ad obsequendum paratus